



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Commentaria Ac Disputationes In Primam Partem Divi Thomae

Cvm Variis Indicibvs

De Deo Effectore, Creaturarvm Omnivm Tractatvs II. De Opere Sex
Diervm, Ac Tertivs De Anima

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, 1622

V. Quot, & quales sint actus appetitus sensitiui.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93575](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93575)

De obiecto
appetitus
nam placitum

Caiet. res-
pon-
ditur.

Alterum
placitum
impugnatur

5
2. Placitum
confutatur.

Resolutio
authoris.

6
Ratio boni
appetibilis.

Haec in dis-
p. 10. Metaph.
scilicet.

tiuo. In qua re varij sunt, qui distinctionem realem inter irascibilem, & concupiscibilem posuerunt. Etenim concupiscibili assignant bonum delectabile, quod etiam vocant concupiscibile. De irascibili eorum quidam philosophantur ad instar sensitiue cognitionis, quæ duplex asseritur, nimirum secundum rationes sensatas, & secundum non sensatas: ita ergo de duplici appetitu correspondente iudicant, quod etiam Caietanus iudicat. p. q. 81. a. 2. in fine: hæc tamen philosophia displicet. Nam ratio boni, & conuenientis nunquam est sensata ratio, seu aliquod sensu exteriori cognita, vt ex dictis liquet, neque enim sensus exterior rationem nouit conuenientis. Item amor, quo quis filium prosequitur, ad concupiscenciam spectat, & similiter timor lupi, cum tamen notio filij sub ratione amici, & lupi notio sub ratione inimici ad rationem insensatam attineat. Alij ergo aiunt inter bona quædam esse delectabilia secundum sensum: alia ideo bona censeri, non quia delectant, sed quia ad victoriam consequendam faciunt, huiusmodique bona ponunt obiecta irascibilis. Sed vero interrogo, quænam sit ratio boni, sub qua irascibilis feratur in obiectum? non enim ratio est boni in communi, quia hæc ad voluntatem pertinet. Neque item boni honesti: quia huiusmodi ratio ex conformitate ad rationem dei sumitur: ideoque tantum potest appeti ab illa potentia, quæ à ratione mouetur. Neque rursum potest esse ratio boni utilitatis: nam talis ratio consistit in ordine medijs ad finem, quam comparationem sensus efficere non potest, vt ex supradictis patet. Ergo vel ratio est boni delectabilis sensui, siquæ obiectum irascibilis cum obiecto concupiscibilis confundetur, vel erit aliqua superior ratio boni ab his distincta, quam assignare difficile erit, ne dicam impossibile, & contra omnes scribentes.

Atque eisdem argumentis oppugnat opinionio dicentium obiectum irascibilis esse bonum arduum, peto enim quodnam bonum contrahat particula *arduum*: non certe bonum in communi, quia irascibilis non fertur in omnia bona ardua, vt de se constat: contrahit ergo aliquam determinatam rationem boni: ergo contrahit bonum delectabile, nam hæc est ratio maxime sensibilis: ergo bonum delectabile arduum erit obiectum irascibilis: consequens autem falsum est, quia bonum omne delectabile sensui, siue grande sit, siue exiguum, amari valet per concupiscibilem: atque si irascibilis appetere potest bona delectabilia, quæ ardua sunt, multo facilius potest appetere, quæ non sunt ardua, atque adeo vnica erit potentia, quæ feratur in delectabile bonum, siue arduum sit, siue non arduum. Quapropter in nostra sententia dicendum est, obiectum adæquatum appetitus sensitui esse bonum sensibile, seu quidquid bonum est sensitiue nature, atque vt tale per sensum apprehendi potest. Resolutio hæc constat ex dictis, nam tam vniversalis potentia est appetitus sensitui in suo ordine, sicut interior sensus in suo: ergo quidquid apprehendi valet sensu interiori sub aliqua ratione boni, appetitus sensitui appetere valebit sub eadem, quamuis consule: quoniam non oportet, vt sensus distincte percipiat, & quasi abstracte rationes ipsas conuenientis, & disconuenientis, vt sepe alias obseruavi, viderique potest D. Thom. 1. p. q. 78 art. 4. & 1. 2. quæst. 24. art. 3. & q. 30. art. 1.

Superest hoc loco dubium, quænam sit ratio boni per sensum appetibilis, an ne sit tantum delectabilitas, an etiam utilitas, vt Caiet supra credidit, an vero dari possit ratio aliqua boni conuenientis nature ab ijs distincta? At vero hoc dubium explicari in præsentia non potest sufficienter, namque oportet singulas rationes boni, &

earum sufficientiam ad vnguem exponere, quod metaphysicum negotium est. Quapropter satis sit interim tenere bonum quodcunque sensibile obiectum adæquatum esse huius potentie.

De distinctione quoque obiectorum irascibilis & concupiscibilis, cum eas realiter non distinguamus, non multum curandum est: quia vero ratione falltem distingui possunt, proinde de illis loquendum tanquam de multis, in hunc modum possunt illis assignari obiecta, vt vtrique veretur quidem circa bonum sensibile: ac concupiscibilis illud respiciat tantum, vt in se appetibile est, atque in ordine ad consecutionem: irascibilis autem respiciat, vt defensibile: vnde fit, vt irascibilis immediate veretur circa media, quib. defendendum est esse bonum, siue ea cognoscantur formaliter in ratione mediorum, siue tantum materialiter. Atque ita debet exponi D. Th. supra. Quo etiam tendit sententia asserentium irascibilem versari circa bonum arduum, quia scilicet ipsum respicit sub ratione defensibilis: vnde plane confirmatur potentias has non distingui, siquidem amare bonum, ac defensionem illius, sunt veluti amor medijs, & finis, qui ad diuersas potentias referri non possunt.

Vltimo licet ex dictis colligere organum potentie appetentis. Qui namque in duas diuidunt, cor & hepate, irascibilem vero in corde locant: ita Galen. & alij, nominatim Fernel. l. 5. qui est de animæ facultatibus, c. 5. putat in l. 6. c. 12. ad finem fuisse Platonis sententiam. Experientia etiam hoc videtur confirmari: cum enim irascimur, cor incalescit, cum delectamur, incalescunt præcordia, in quibus hepar numeratur. Sed hæc experientia fallax est. Nam ex vehementi timore etiam præcordia alterantur, cum tamen timor in irascibili ponatur ab ijs authoribus: gaudium etiam cor dilatatur, cum tamen gaudium ad concupiscibilem pertineat. Dicendum ergo potentiam residere in corde, quod licet Aristoteles nunquam expresserit, in eius certe doctrina videtur exploratum, namque in corde tum sensus omnes, & præcipuas quasque potentias constituit, ac in 3. de anim. lib. text. 29. scribit sensum, & appetitum esse eadem, quod de identitate saltem subiecti est verificandum, consonumque est experientie, & communi conceptioni. Nimirum cordi tribuitur amor, & desiderium, aliique actus concupiscibilis: ergo potentia ipsa ibidem residet: reddique potest ratio. Est namque appetitus potentia, à qua originem trahit omnis motus, vt infra dicitur: cor autem est primum principium, & instrumentum motus: recte igitur appetitus sensitui in corde locatur, quæ est sententia Fracastorij lib. 2. de intellectu.

CAPVT V.

Quotnam sint, & quales actus sensitiui appetitus.

Diximus capite præcedenti de potentia appetitus sensitui, & de obiecto, atque organo. Illius superest dicamus de actibus. In qua re primo notandum huiusmodi actus communiter vocari passionibus, quoniam simul cum illis excitatur passio aliqua materialis in corpore, vt ascensio sanguinis ad cor. Nomen vero passio communiter in malam partem accipitur, pro actu inordinato, & maxime apud Stoicos, qui passionibus ponebant animi perturbationes à recta ratione diuersas, ex quo colligebant illas non cadere in virum sapientem, vt videre est in Ciceron. Tusc. 4. & in Senec. l. de anim. ad Nouatium, quæ acceptio vltata reuera est iuxta quam D. Hieron. in illud Matth. 5. Qui viderit mulierem, &c. & capit. 25. circa illud, Corpus contristari, & mortuus esse, ait in Christo non fuisse passionem.

De distinctione
ratione obiecti
concupiscibile
irascibile

8
1. Coroll.
principale.
De subiecto,
seu organo
appetitus, a-
liorum sen-
sentia.

Vera sensiti-
ua.

Alios citat
Cicero in
lib. ethic.
diff. 6. q. 2.
a. 2.

De hoc arg.
author 1. 2.
tract. 4. diff.
1. scilicet 3.
Notatio 1.

Vide de in-
carn. diff. 34

pafsiones, fed propafsiones, hoc eft . actus appetitus fenfitiuus fubordinatus rationi. Nunc tamen latè fumiur nomen *paffio* prout cõmune eft atque indifferenter in bonam , & malam partem fumi poteft. De qua re videndus Damaf. in. lib. 3. fidei, cap. 20. Notandum fecundo quidquid de diffinitione irafcibilis, & concupifcibilis opinemur, ad distinguendos tamen actus appetitus loquendum effe de eis, acti plures effent, fi quidem aliquam diffinitionem habent in obiectis, quæ fufficiens eft, distinguere actus ipfos , quantum non distinguat potentias , vt in fimili diximus fuprà dum de intellectu pratico, & fpeculatio ageremus. Supponendum eft tertio , actus irafcibilis fupponere actus concupifcibiles , ex eisq; nafci, vt ex hætenus dictis confiare poteft.

His suppositis, actus seu passionēs ad concupiscibilem pertinentes, numerantur sex à D. Thoma 1. 2. q. 2. art. 4. Amor, odium, desiderium, fuga, electio, et tristitia, quorum actuum sufficiētia, distinctio, & ordo hoc modo facile desumitur. Appetitus enim circa bonum versatur, consequenterque circa malum: circa bonum quidem appetendo illud: circa malum vero fugiendo. Unde bonum, & malum obiecta sunt praedictorum actuum, quae diuersis modis respici possunt ab appetente, reduci tamen possunt ad tres omnino. Namque aut respiciuntur absolute, aut ut praesentia, aut ut futura: tacetur vero praeteritum, quia ut scriptionem boni, vel mali non vendicat, nisi forte absolute, vel in quantum praesens consideratur, nam ut praeteritum iam non est, atque adeo, ut sic non habet rationem mali. Bonum ergo, & malum vel absolute, vel ut praesens, vel ut futurum apprehendi potest: atque his diuersis modis apprehensum diuersos cauat motus in appetitu, quia ratio illius aliquo modo variatur. Ex his ergo patet distributio sufficiens dictorum actuum. Nam circa bonum absolute, & secundum se consideratum versatur amor: desiderium vero circa futurum gaudium, & electio circa possessum, seu praesens: contra odium est de malo absolute considerato, fuga de futuro, tristitia de praesenti, vel ut praesenti apprehenso. Quia vero obiecta haec aliter variari non possunt, ideo nec plures actus multiplicatur, & quibus latet D. Thomas 1. 2. q. 2. art. 22. vique ad 48.

De passionibus concupiscibilis.

Porro circa hos actus notanda sunt nonnulla circa tendentes quidem ad bonum, quod amor fit pondus quoddam, & affectio ad rem cognitam, vt bonam, & conuenientem. Vnde amare rem formaliter loquendo non est desiderare, sed quasi eo placere in illa, & coaptari illi, secundum interiore affectionem: sicut enim in naturalibus, antequam graue moueatur ad centrum, intelligimus quantam coactionem inter graue, & locum suum, quæ coactio per grauitatem expletur, sic in animæ appetitione, ante omnia intelligitur quædam vnio inter appetibile, & appetentem, quæ per amorem formaliter fit. Ex hoc deinde amore oritur in appetitu motus quidam in rem amatam, quo appetit ei coniungi, dicitur quæ desiderium: habita autem iam re in illa vitaliter, & affectuose quiescit, & hæc quies gaudium, seu delectatio dicitur. Ex quo intelliges hallucinationem fuisse Scotum in 1. dist. q. 3. & in 4. dist. 49. q. 4. & 7. dñi sensiri delectationem esse meram passionem consequentem ex amore, & possessione rei, non autem esse verum actum elicium ab appetitu: constat enim delectationem esse quid vitale, nam vitaliter delectamur: ergo est specialis actus elicitus à potentia vitali: impossibile autem est intelligere

actum vitæ sine efficiëntia intrinseca à potētia ani-
mæ. Neque verò est actus alterius potentie, quàm
appetentis, cùm versetur circa bonum cognitum,
& ex cognitione ipsa consequatur.

De actibus, quæ circa malum versantur, est notanda differentia inter res cognoscetes, & quæ cognitione carent, quod illæ, cum pondere tantum naturali ferantur ad bonum suum, eodem ferantur pondere virtualiter fugiant malum contrarium, neque pondere alio donentur, quo ferantur in bonum, & quæ alio quo recedant à malo. At verò res cognoscetes, quia media cognitione appetunt, & apprehendo efficiunt in seipsis actuale quoddam pondus, quo ferantur in rem apprehensam, vel ab illa fugiant: ideo sicut dixeris actibus cognoscunt bonum, & oppositum malum, vniuersumque rationem propriam cognoscendo, ita per appetitum non vnicò tantum actu inclinatur ad bonum, & virtualiter fugiunt malum, sed distinctò actus expromunt, quibus prosequuntur bona, & fugiunt mala, non quod potuerint bonum appetere, & malum fugiens sit diversitas, vt quidam putarunt, quos referunt Egidius, & D. Thom. 3. de Anima, textu 42. hoc enim impossibile est, quia nulla potentia versatur primò circa malum, sed ex consequenti tantum, quatenus scilicet bono aduersatur, in quo ipsa directe tendit: eadem ergo est potentia, quæ sicut proprio, & formali actu bono afficitur, ita proprio, & formali actu à malo aueritur, ac vocatur oëdium directè amari contrarium, ex illo sequitur fuga, quæ desiderio oppositur, etque veluti appetitio quædam carenti malo illo: quod si malum præsens addit, consequitur tristitia, quæ delectationi aduersatur.

Circa quam tristitiam est specialiter notandum, ^{5.} *Tristitia*
eam cum dolore non coincidere profus, quantum ^{passiva}
ad hanc an ^{passiva} passionem verus actus pertinet, ^{doloris}
tristitia ergo de malo apprehensio est, quatenus ^{resistit}
praesenti, quod tamen sensum tactus minime la-
dit, atque eiusmodi tristitia actus manifeste ha-
ret in appetitu: at verò dolor de malo praesenti
etiam est, quod tamen realiter nocet corpori, ac sen-
sus tactus. De quo non facile explicatu est, in
membro, quod dolet, an verò in appetitu resistat,
Experientia enim videtur docere in ipso membro
resistere dolore, cum ibi sentitur: id. quod et ^{Passiva}
iam indicat S. Thom. in 3. dist. 15. q. 3. & Scot. in dist.
13. q. 7. Durandus q. 3. Gabriel q. 1. Paludanus 1. & 2.
Contrarium autem suadet ratio. Namque dolor
est de malo, vt sic: malum autem ad appetitum
pertinet, ergo actus illius est: ergo in corde excita-
tur, vbi resistit appetitus. Ita D. Thom. 1. 2. q. 38. a. 2.
(vbi Contr. & Caietanus subscribunt) & in 4. dist.
4. 4. Simon Portius lib. de dolore, cap. 10. Et con-
firmatur, dolor enim de lectioni contrariatur:
sunt ergo in subiecto eodem, atque adeo vtrique
est falsio appetitus.

Nonnulli, in quibus est Vallefus controuersia
4. cap. v. veram sententiam tueri, ponendo do-
lorem non esse actum appetitus, sed ipsas res noxia
sensationes. Alij volunt, appetitum sensitiuum esse
se per corpus disferum, sicut & tactum, ideoque
posse dolorem esse actum appetitus, atq; a mem-
bro non distare, in quo sentitur. Hoc tam diffi-
cile apparet, vt pote contra Aristotelem, & aceli-
cos auctores: præterea oportere talem phanta-
siam collocare in toto corpore, cum sine eius co-
gnitione sequi dolor non possit, illaque res dispo-
nientiam discernat: foras autem non male
diceretur, perfectam vim eiusmodi potentiarum
residere in parte corporis determinata: commu-
nicari vero aqualiter vniuerso corpori, possit
sua dei exemplo animalium imperfectorum, &
ita videtur opinari Richard. in 3. dist. 15. art. 4.
quest. 1.

Quid-

SVARE Z
de Angelis, op-
er 6. di drum, et
anima.

FROM TOM
11 11

137

D.V. 2

3.
Quæ circa
bonum.

Vide autho-
rē in tract. de
passionib.
d. 1. l. 1. c. 1.
1. 2. 3. 4. 5.

9.
Auctoritas
resolutio.

Quidquid verò sit de probabilitate huius ultimæ sententiæ, dicendum breuiter, in dolore duo considerari, scilicet cognitionem sensitiuam obiecti dissonnentis, & displicentiam, seu amaritudinem quandam de tali obiecto: cognitionem ergo in membro existere, quod patitur, sentitque dolorem, hunc verò perfici in appetitu: unde propriè loquendo causa doloris, ac cognitio talis causæ in exteriori membro est: dolor verò in appetitu. Quod explicatur per analogiam ad dolorem spirituales peccatorum, ibi enim duo sunt, & peccatorum cognitio, & dolor de illis, causa doloris sunt peccata ipsa cognita, sicque talis cognitio in intellectu datur, dolor verò in voluntate: idem ergo censemus in presenti.

8.
De obiecto
doloris, &
opinio.

Quæret tamen aliquis, quidnam illud sit, quod in membro sentitur, ubi est causa doloris? Multi putant solam dissolutionem continui esse sufficientem causam doloris. Nam Aristoteles 6. Topicorum, cap. 3. dolorem describit diuisionem, seu dissolutionem partium. Galenus quoque assentiendi videtur in lib. de inæqualitate, & intemperie, & lib. 4. de simplicium medicamentorum facultate, cap. 2. & lib. 2. de locis patientibus, cap. 10. ac sequitur Portius lib. de dolore cap. 3. & 4. Argenterius lib. de causis symptomatum, cap. 15. & 16. hoc tamen placitum optimè improbat ab Auerro lib. 2. Collectaneorum, cap. 21. Nam causa doloris debet tactu percipi: diuiso autem continui sola non percipitur tactu, cum sit sensibile commune quod per se, & absque proprio sensibili non percipitur à sensu, ut libro 3. dictum est: non ergo sensio dolorem causat, nisi fortasse remore, proximè autem proprium aliquod sensibile tactus illum causare oportet. Item quia sepe dolor causatur absque diuisione vlla. Occurrunt alij diuisionem non esse quidem adequatam doloris causam, attamen aliquando causam esse proximam, ac sentiri cognitio proprio sensibili rei causantis diuisionem, veluti, cum cognoscimus ferri acutiem, vulnus inflatum, seu carnis diuiso, doloris excitati causa est proxima. Sed non satisfaciunt: patet enim experientia, dolorem non ex sensatione ferri acuti, sed alicuius rei alterius causari. Item transactio contactu gladij, v. g. vel instrumenti cuiuslibet diuidentis sentitur vehemens dolor, cum tamè iam tunc non percipitur acuties gladij. Item quando dolor ex diuisione causatur, tactus multoties non cognoscit diuisionem, nisi cum fortè ipse vulneratus oculos conuertit ad locum vulneris: ac ratio est, quia diuisionem cognoscere, nihil est aliud, quàm numerum nosse partium resultantium ex diuisione, quem certè numerum nequit tactus percipere, quia sicut seipsum tactus non percipit, ita neque numerum suarum partium valet percipere.

9.
1. Opinio.

Alij ergo statuunt doloris causam esse intemperiem quandam in organo tactus exurgentem, quæ dum sentitur dolore causat. Hæc est Auerrois sententia supra ad cap. 3. de Anima, textu 21. Idem opinatur conciliator differentia 72. indicatque Galenus 12. Methodi cap. 7. & lib. de inæquali intemperie, referens Hippocratem, Vallesius quoque non abnuitt 4. controuers. c. 5. tribuitur denique Auicennæ, & Fernelio: habet tamen difficultatem eiusmodi sententia: namque si intemperies esset causa doloris, cum illa conflaret ex vnius, vel plurium qualitatum primarum exuberantia, tactus planè dolorem sentiens, sentiret quoque illam intemperiem, consequenterque perciperet, cuiusnam, vel quarum qualitatum ratione conflingeret, an scilicet ex caloris exuberantia, an verò frigiditatis, non enim aliter sentiri valet intemperies, nisi qualitatibus excessum patiendo, cum in hoc formaliter consistat intemperies, talè autem

excessum à tactu non cognosci patet experientia: quippe dolorem sepius percipimus ignari à calore, an à frigiditate proveniat, consequenterque dubitamus, quod remedium sit applicandum.

Quapropter dicendum, in dolore non calorem tantum, vel frigus sentiri, nec solam diuisionem, aut commotionem, sed qualitatem inde resultantem, quæ dolorifera qualitas dici potest, veluti cum ex calefactione vehementi fit dolor, quem tactus sentit, eius obiectum non calor est, nec calefactio, nam si à calefactio separet manum, cessat calefactio, & tandem dolor sentitur, ac fortè vehementior: est ergo obiectum qualitas aliqua tangibilis, quæ ex calefactione, seu intemperie inducitur resultat: similiter cum per diuisionem causatur dolor, non ipsa diuiso est, quæ sentitur, cum citò transeat, nec seorsum fit, vllus fit dolor, sed ea facta aliquis humor accurrit distemperamentum causans, unde resultat dolorifera qualitas secunda quæ sentitur, utpote per se potens innatare tactum, violentiamque ac dolorem inferre. Itam hanc sanè difficilem explicat Portius, neque explicari posse melius videtur. Unde hæc est potissima huius rei probatio, à sufficienti scilicet enumeratione, cum nequeat fingi aliquid aliud, quod dolendo sentiat, ut patet ex dictis. Et proportionatè videtur loquendum de delectatione tactus, quæ dolori opponitur. Non est tamen improbabilis prima illa Argenterij, & aliorum sententia, quia licet sepe absque diuisione continui dolor excitetur, non tamen absque compressione, vel immodica tactione, luxationeue membri alicuius, vel simili alio effectu, quod totum medici illi sub dissolutione complectuntur, actale aliquid per se quidem quauis secundariò (ratione scilicet qualitatis primariò sensibilis) percipi, idque satis esse, ut dolor consequatur.

Ultimò notandum est circa hos duos actus concupiscibilis, ex illis quidem, sed præcipuè ex dolore, & delectatione causari in corpore humano duplicem effectum, risum nimirum, ac fletus, quos hic breuiter explicare necesse est, ut nihil in hac materia indiscutulum prætermittatur. Risum constat proximè consistere in vibratione quadam septi transversæ, & musculorum thoracis, atque oris: causatur autem is motus ex interiori aliqua animi motione: quæ verò illa sit, non conuenit inter auctores. Illud certum, huiusmodi motui oriri ex delectatione, & gaudio, risus namq; signum est huius passionis, neque res vlla vnquam risum mouet, nisi delectet. Sed an ne gaudium sit sufficiens, & adequata causa risus, dubitatum est. Valeriolæ quidem affirmat: oppositum verò sentit Fracastorius lib. de sympathia cap. 20. statuens gaudium sine admiratione ad risum non sufficere, quod etiam opinatur. Vales. lib. 5. controuersiarum, cap. 9. Quod certè verius apparet, nam experientia docet quantumuis iucunda non causare risum, si non

Argumenta autem Valeriolæ difficultatem non habent, arguit namque, ex titillatione causatur risus, titillatio autem non causat admirationem, & gaudium: ergo, &c. Et confirmatur primo ex eo quod refert Aristoteles tercio, de partibus, cap. 10. accidisse aliquando in prælijs traiecta præcordia vulnere risum attulisse. Confirmatur secundo. Nam sepe res delectabiles, & admirationem causantes non causant risum. Ad argumen-

10.
Probatio
resolutio.

De opinio-
ne indicium.

11.
De passione
risu, in qua
consistat.

12.
Fide causæ
cur, alter-
carius Va-
leriola, &
Fracastor.

Accedit
Vales.

12.
Valeriolæ
argumenta.

1. Confirma-
tus.

2. Confirma-
tus.

Resolutio.

Ad pradi-
ctum argu-
mentum, re-
sponso ex
Aristotele
non placet.

Verior re-
sponso ex
eodem Ari-
stotele.

Ad 1. con-
firm.

Ad 2.

13
Admiratio,
et gaudium
causantur
motu risu.

Passio risu
libera est.

14
De passionibus
flatus.

tum quidam respondent, risum ex titillatione
causatum non esse verum, sed hoc gratis & contra
experientiam ponitur, Aristoteles vero citato lo-
co videtur sentire latere ibi aliam risus causam,
calefactionem videlicet septi et transversi ex titilla-
tione causatam, namque pars illa calefacta, *Sensum*
(inquit) *aperit celeriter*, unde qui ex titillatione ad risum
mouentur, celeriter ridendi, hoc tamen verum non ap-
paret, quomodo enim titillatio in plantis pedum
causabit calorem in septo transverso: Dicendum
ergo titillationem, ut causet risum, fortuitam esse
oportere, & repentinam, atque ita simul admira-
tionem causare, & delectationem: nam partes, in
quibus fit titillatio, sunt acutioris tactus, atque
hoc infirmum Aristoteles sect. 37. problematum, q. 6.
vbi disquirens, cur nemo possit in seipso ex titilla-
tione risum mouere, causam esse, ait, quod titilla-
tio fortuita non sit, quae si aliquando etiam praeco-
gnita risum mouet, non nisi remissè mouet, atque
tunc etiam effectus ex tali titillatione proueniens
apparet quasi nouus, & insperatus: semper ergo
interuenit nonnulla admiratio. Ad primam con-
firmationem dic, risum, quem interdum mori-
bundi praefertunt, non verum, sed apparentem
esse quoad exteriorem formam oris. Ad secundam,
non quamlibet admirationem, & gaudium cau-
sam esse risus, sed quae sine derectione, & gracili-
dere enim seria risum non ciebit, oportet quoque,
ut admiratio vehemens non sit, alioquin stupor
rem causabit potius, quam risum.

Explicandum verò restat, quomodo ex admi-
ratione, & gaudio sequatur motio in septo trans-
uerso, atque etiam risus? Ac dicendum, causam
esse naturalem consensionem, & sympathiam fa-
cultatum naturalium, vitalium, & rationalium.
Est quippe admiratio partis rationalis actus, cum
in casola esse queat admiratio, sicut & discursus,
ut optime docet D. Thomas 4. contra, cap. 33. de-
lectatio deinde sensitiva etiam partis affectio, siue
passio esse potest. Ex illis ergo excitatur motus
in parte illa, septo scilicet transverso: ac propterea
sanguis dilatur, sicque risus exprimitur. Unde
colliges passionem hanc animi liberam esse, de-
pendentemque à voluntate, aliquando tamen ef-
fectu adeo vehementem, ut vix cohiberi possit, vel
ratione obiecti plurimum excitatis, vel ex leuitate
hominis, qui facili ex causa mouetur.

De fletu sciendum breuiter, opponi risui, & ex
contraria causa provenire, id est, tristitia, vel do-
lore: nam sicut delectatione cor dilatur, & cum
illo thorax, & oris musculi, ita tristitia constringit
cor, & partes oculis vicinæ, ex quo motu si-
mul, & calore nonnulla excitato, humor aliquis
soluitur in lacrymas. Hinc pueri, ac foeminae faci-
lius lacrymantur: quia & humidiores sunt, & pas-
sionibus magis afficiuntur: est autem materia la-
crymarum humor quidam sanguinis veluti feru-
us, ut docet Aristoteles sectione 31. problematum, ex
eo indicio, quod falsus sit, excitereturque calore,
quae de causa ex vento etiam, ex fumo, vehementi-
que risu lacrymae funduntur. Sed de his satis.

De passionibus irascibilis.

Post actus concupiscibilis dicendum breuiter est
de actibus irascibilis, qui quinque omnino enu-
merantur, spes, desperatio, audacia, timor, ira: eo-
rum verò ratio sic declaratur, irascibilis circa de-
fensionem boni concupiti versatur, quia tamen
cum bonitate inuenitur difficultas, quae ex resi-
stentia contrarij oritur, ideo licet bonum ipsum
desideretur, necessarius est ulterior actus, quo ap-
petitus animetur, ne à difficultate obiecti vinca-
tur, qui spes dicitur. Quod si contingat appetitum
separari à difficultate boni, ac cesset à pugna, vel à

prosecutione illius actus resultat, qui desperatio
vocatur: idemque contingit respectu naturae, cui
malum aliquod futurum imminet, reijciendum-
que est, ac vincendum: aut enim appetitus accen-
ditur, & animatur contra illud, sicque concipitur
audacia, aut succumbit, & desistit, & sic oritur ti-
mor. Atque hi quatuor actus ex varia apprehen-
sione boni, vel mali, ardui, possibiles diuersifican-
tur. Nam quando bonum apprehenditur, ita ar-
duum, ut non possit obtineri, causatur despera-
tio: si apprehendatur, ut possibile, spes nascitur: si
militer si malum apprehendatur, ut inuitabile,
vel difficile, exurgit timor: si verò ut euitabile, fa-
cilis concipitur audacia: praeter hos tamen est
quintus actus causatus, ex apprehensione mali
iam praesentis, & illati: ex qua apprehensione ori-
tur appetitus vindicandi malum illud, & hica-
ctus est ira, cui non respondet similis actus pro
obiecto bono. Nam si quis responderet, effectus
maximè desiderium in appetitu remunerandi
benefactorem: at hic actus non potentia irascibi-
lis est, sed concupiscibilis, quoniam eo ipso, quod
quis obijciatur, ut benefactor, ardui ratio tollitur,
atque adeo obiectum irascibilis destruitur, tan-
tumque manet desiderium ad concupiscibilem
pertinens. Neque rursus circa malum habet ira
actum contrarium in appetitu sensitivo, effectus
enim maximè patientia illati mali, at hic actus po-
sitius esse nequit ex parte appetitus sensitivi, sed
est in voluntate, actus quo ipsa reprimit iram ap-
petitus, in appetitu autem sensitivo nihil est, quod
illo actu possit amari, quia in malo illato nulla ibi
repraesentatur ratio boni, quod si forte ex prae-
dominio rationis, & voluntatis ira veretur in amo-
rem, ob aliquam rationem boni inuentam in ipsa
perceptione malum talis actus, cum sit amor, ad
concupiscibilem pertinebit, sicque contrariabitur
propriae ira. Constat ergo dari solos quinque ac-
tus in appetitu irascibili: constat etiam distinctio
illorum, de quibus plura apud D. Thomam su-
pra.

Ex dictis autem colliges primo duplicem dif-
ferentiam inter actus concupiscibilis, & irascibilis.
Prima est, in concupiscibili actus contrariari ex
parte obiecti, ut amorem boni, odium mali: in
irascibili vero contrariari per accessum, & recessum
ad idem obiectum, ut in spe, & desperatione,
quoniam esse quoque possit contrarietas ex parte
obiectorum, ut in timore, & spe. Ratio est, quia
concupiscibilis respicit bonum, & malum absolute,
& ad bonum tantum ferri potest, & à malo re-
cedere: quare in illius actibus non potest dari con-
trarietas in accessu, & recessu ad idem obiectum,
at vero irascibilis respicit bonum coniunctum ar-
duitati, ideoque ratione difficultatis potest recede-
re ab illo, quoniam ratione bonitatis potest accede-
re, & idem proportionaliter intelligendum de
malo. Secunda differentia est, in concupiscibili om-
nes actus habere contrarium, in irascibili vero
vnus inuenitur sine contrario: cuius rationem vi-
dimus paulo ante, reddiditque à D. Thoma 1. 2. q.
23. a. 3.

Secundo colliges ex dictis ordinem horum ac-
tuum inter se. Nam in concupiscibili datur pri-
mus, atque vltimus inter omnes, amor quippe est
primus, & radix etiam aliorum: delectatio vero
est quasi vltimus terminus, passionibus reliquis sunt
mediae, de quarum ordine in particulari videndus
est D. Thom. supra q. 27.

Vltimo est notandum, passionibus has pendere
plurimum ex complexionione corporis, & abundan-
tia alicuius humoris, quem excitant, & à quibus
etiam excitatur: sic melancholia congenita est tri-
stitia, timoris, & desperationis, cuius rationem Auerro-
Galen. lib. 3. de locis patientibus, cap. 8. videtur explere.
affectu,

SVAREZ
de Angelis, op.
m. 6. d. 1. r. m. et
anima.

TOM TOM

III

DATE

D. V.

afferre, quod nigri sit coloris, nam sicut tenebræ exteriores metum incutunt, ita melancholia: idem repetit lib. de causis symptomatum, ca. vii. mo. Quæ ratio friuola est, ut notauit Auerroes 3. Collectaneorum, ca. 40. nigredo enim actiua non est, sed neque obiectiue interius causare tristitiam valet, cum non videatur: iam sanguis, qui melancholia contrariatur, audaciam, gaudium, & spem parit: flaua bilis iram excitat ac reliquas sanguineas passiones, pituita declinat potius ad actum tumoris. Horum omnium ratio esse videtur, quod appetitus sensitivus readeat in corporali organo, proindeque egeat temperamenti ad diuersos actus eliciendos: fortassis etiam distinguuntur distinctam causant dispositionem in corpore, efficiuntque ut spiritus animales alio, atque alio modo per corpus diffundantur, ac diuersimodè communicetur animalis virtus, unde etiam fit ut humores quoque maximè cogduant ad rerum apprehensiones vno, vel alio modo concipiendas.

CAPVT VI.

Utrum appetitus sensitivus in operibus subdatur motui voluntatis & rationis.

illo: quia verò ab obiecto apprehenso mouetur appetitus, ideo ratio cogitativam persuadens mediantem illa dirigere dicitur appetitum. Atq; ita patet conclusiois probatio. Ex qua sequitur altera pars. Nam voluntas appetitum mouet, quia consilium præbendo mediante ratione, non mouet autem necessitando: est ergo motio, & obedientia politica, non despotica. Et confirmatur experientia. Nam que renuente voluntate multi insurgunt motus in appetitu sensitivo, quos tamen ratio, qualis hinc inde suasionibus, refranat: consulendo quidem, & politice regendo, non cogendo.

Sed contra obijci potest, quia sequitur primò appetitum nostrum esse ignobiliorē appetitu brutorum, qui nulli subiacet: negatur tamen sequela, cum potius aptitudo humani appetitus, ut subiiciatur rationi magna perfectio eius sit, siquidem melius est nobilissimo obedire, quā esse inimicū in imperando: unde ob hanc subiectionem is appetitus capax est virtutis, & vitij, ut cum D. Th. traditur 1. 2. q. 50. & 56. quemadmodum etiam voluntas nostra multo perfectior est, quando spiritus sancti motui subditur, quam cum ipsa se mouet, nāq; ubi spiritus Domini, ubi libertas, ait Paulus 2. Corinth. 3.

Rursus obijcies, sequi secundò, in appetitu sensitivo humano reperiri aliquam libertatem, quod falsum esse patet, quoniam polita motione voluntatis, aut appetitus potest renuere, aut non potest. Si hoc secundum admittatur, iam seruilitèr obediunt. Si primum, iam liber exit. Quod sanè videntur sentire, qui dicunt politice obedire: nam politica obedientia in libertate fundatur. Caiet. 1. 2. q. 74. art. 4. planè concedit in appetitu sensitivo libertatem ex proprijs: idque deduci putat ex S. Thoma eo loco docente in appetitu sensitivo posse esse veniale peccatum, atque aperte loqui de appetitu secundum se. nam si de illo ageret, prout regitur à voluntate, non negaret peccatum quicquid mortale esse in illo posse. Et confirmatur vltèrius, quia appetitus sensitivus ob coniunctionem cum rationali capax est virtutis, atque vitij: est ergo aliquo modo liber.

Hæc tamen sententia falsa omnino est, & contra sanctum Thomam 1. 2. q. 24. art. 1. ad tertium, docente in passionibus appetitus secundum se non esse malitiam, ergo neque libertas erit. Et in q. 34. art. 1. scribit omne peccatum in voluntate manere, & in 2. dist. 24. q. 3. art. 2. nullum motum esse de genere moris, nisi ex libertate voluntatis. Atque doctores vniuersi, & Patres in hoc conuenire videntur, ut nullum peccatum si nisi in voluntate consentiente: ergo nullus etiam actus liber est nisi ex voluntatis libertate, cum eo tantum actus qui libet peccatum esse possit, quod est à potentia libera. Unde si in appetitu sensitivo esset libertas, actus illius bonus esset, vel malus, seclusa voluntate, quod Caietanus consequenter quidem admittit, sed tamen contra doctorum torrentem ut diximus, Augustin. enim 1. retractationum, cap. 9. & 14. & lib. 3. de libero arbitrio, cap. 18. passim docet voluntate nos delinquere, aut rectè viuere. Idem scribit in lib. de duabus animabus contra Manichæum, c. 10. & de vera & falsa religione, cap. 14. & sermone 43. de verbis Domini Chrysostom. homilia 2. imperfecti, & homilia 13. ad Romanos, Basilii in instructione eorum, qui vitam ducere perfectam volunt. Anselmus in illud Pauli Roman. sexto. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. Origenes homilia 29. in Numeros. Diuus Thomas suprà, & D. Bonauent. in 2. dist. 24. Quod etiam ratione probatur: nam si actus appetitus sensitivi ex proprijs esset liber, ac posset malus esse absque voluntate, sequeretur hominem peccare sæpe contra voluntatem, imò sæpe peccare simul, ac bene agere circa obiectum idem: veluti si voluntas renuere,

Deductio prior pars conclusionis. Oportet ostenditur posterior.

Obiectio 1. contra conclusionem dicitur.

Obiectio 2.

Caietani responsio.

Videatur author 1. 2. tract. 5. dist. 5. sect. 4. & 5.

Resoluitur.

Notatio 1.

Notatio 2.

Conclusio bipartita. Obseruatio 1. pro secundæ conclusionis.

Obseruatio 2.